

V, 82.

2.417a



183

CVRIAM M
REGNITIANAM
NON. NULLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XVIII
QVO
SERENISSIMO. PRINCIPI. AC. DOMINO
DOMINO
F R I D E R I C O
MARGGRAFIO. BRANDENBURGI. DVCI. PRUSSIAE
RELIQVA
N A T A L I C I A
ET. FERE. PRINCIPIA
ANTE. VIGINTI. QVINQUE. ANNOS
SVSCEPTI. FELICITER. REGIMINIS
DEBITA. PIETATE. GRATVLANTES. AVDIANT
D. XII. MAII. A. R. S. cccclx
IN. CVRIANO. H. L. Q. C
CVRIAEC. PROCERES. CIVES. Q
RITE. IT. ROGATVM
GYMNASI. RECTOR
P A V L L V S . D A N I E L . L O N G O L I V S . A . M

CAESAREAE. FRANCISCEAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIAE
FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC
HONORARIVS



CVRIAEC. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII
GYMN. TYP

Intersectio II.

QVI HERMVNDVRORVM TERRAE FINES CIVILES?

Particula II.

Index dictorum.

§. VIII. Ab LIGIIS?

§. XI. Ab MANIMIS?

§. VIII. Ab BVRIIS?

§. XII. Ab HELVECONIBVS?

§. X. Ab ELISIIS?

§. VIII.

Quod si Quadi ab HERMVNDVRIS remotiores; 1.) propiores LIGIIS 2.) LYGIIS, 3.) qui videntur 4.) aliorum 5.) ΛΟΤΙΟΙ

1.) Quales visi Brechenmacheri in Notit. Sueu. Antiq. §. XVI, in Ill. Wegelini Thes. Rer. Suevic. Vol. I. p. 82.

2.) Taciti Annal. Lib. XII. Cap. XXVIII, n. 5. et Cap. XXX, n. 1. Ipsius nominis penetralia aperui in calce praesentis §.

3.) Eiusdem Cornelii, modo si ab eius nec a librarii manu. Ita profecto circumfertur in Germaniae Descriptione Cap. XXXIII, n. 5. et 12. Sed et ita in Dionis Casii Fa-
maix.

4.) Crisio in Chron. Sueu. Part. I. Lib. I. Cap. III. n. 28. p. 14. editionis Moseriana, Clueroio in Gernian. Antiq. Lib. III. Cap. XXXII. et XXXIII. Cureo in Gent. Siles. Annal. p. 6. seq. et 21. Brechenmacheri in Notit. Sueu. Antiq. §. XVIII, nota h) p. 84. editionis

antea nota 1. nominatae, Pregizero in Continuat. Gent. et Regnor. Europ. ex Suevis Thes. XIII. eiusdem collectionis p. 268. Leibnitio ad Tacit. German. Antiq. Lib. V. Cap. V. §. XVI. nota (p) p. 113. nec non §. XVIII. p. 115. Eccardo de Origin. German. Lib. I. §. CXI. p. 241. Ill. Maecouio in Hist. Teuton. Lib. III. §. XVIII, nota 3. p. 71. Abelio in Contin. Prusf. et Brandenb. Hist. Part. II. Cap. V. p. 391.

5.) Strabonis Γεωγραφ. Lib. VII. p. 445. quos esse Lygios, adsentitur doctis viris Cesaubonus, ita tamen, ut non facile dixerit, an apud geographum mutari debeat vulgata lectio. In Thebesii Annal. Ligoic. Part. I. Cap. I. §. III. p. 2. haec extant: *Vnd Strabo schreibt:*

ΛΟΓΙΟΙ vel 6.) ΛΟΓΤΟΙ 7.) pro LVGIS 8.) LVGII Sue 9.) positi,
10.) aequo ac 11.) ΛΟΓΙΩΝΕΣ 12.) pro LVGIONIBVS 13.) siue
C c 2 LYGIO-

λούγοι μέγας ἔθνος, vbi Casaubo-
nus: λογίου legit. Sed neque Stra-
bonis exemplaria, quot quidem
profstant, prius exhibent, neque Ca-
saubonus posterius legit. In margi-
ne recentissimae editionis solum
haec: *Forte λογίους.* Hi Spenero
p. 112. ad palatum fuerunt.

6.) De quo iste Cluuerius vtroque
loco cum quilibet contendit pigno-
re. Conferas et hic eundem nota
4. euocatum Brechenmacherum.

7.) Ptolemai ΓεωγραΦ. ΧΦη-
γισ. Lib. II. Cap. XI. ter eamdem vo-
cem praestantis, quam quam obser-
uante Cluuerio Cap. XXXIII. n. 5.
in quibusdam exemplaribus Λογγι-
διδοῦνται, in quorum locum iubet
Λογγοι Διδοῦνται substituere. Clue-
rianae emendationi subscribit Spene-
rus p. 112. et in nota (p) p. 113.

8.) Cluuerii et Speneri modo ad-
pellatorum, Cellarii Lib. II. Cap. V.
Sect. II. §. LXVI. item Vetteri ad
Tacit. Germ. Cap. XXXXIII. n. 5.
vnde Micraelii in Antiq. Pomer.
Lib. I. p. 7. *Luger.*

9.) Cluuerii et Vetteri eorum-
dem, Inkeri in Geograph. German.
Med. Aeu. Part. II. Cap. I. §. III.
p. 102. atque Illustrissimi Comitis
de Bunau in Hist. Teuton. Imperat.
et Imper. Tom. I. Lib. II. p. 391.

10.) Potest autem Vetterus, eos
torsan die *Luger*, quia in vicino

rum Venedorum actiones quasi inui-
gilabant, esse adpellatos. Brechen-
macherus §. XVIII. p. 84. index est,
ea esse Kirchmaieri in Comment.
ad Tacitum citatum p. 424. quem
tamen Vetterus non nominavit, qui
est mos huius. Saxonibus sane *Lug*
idem esse ac *videre, perspicere*, V.
Pl. R. Koernerus in Dis. de Orig-
inibus Schoenburgicis v. *Lugau* nu-
perime scripsit, quod non esse fru-
stra scriptum, probauerit multis,
Wachterus in Gloslar. German.
Tom. I. p. 1003. seq.

11.) Ex decreto Cluuerii, Cella-
rii, Speneri nota 8. et Brechenma-
cheri nota 4. iam nominatorum
pariter ac Historiae Vniuersi Terra-
rum Orbis Bauingarteniana Lib.
III. Cap. XIII. Sect. I. §. VI. p. 12.
atque Illustrissimi Comitis de Bunau
in Teuton. Imperat. et Imper. Hist.
Part. I. Lib. I. p. 37. revocato au-
tem Lib. II. p. 301. eodem. Tra-
hunt tamen eos ad istos *Lygios* In-
kerus, Ill. Mascoujus in Hist. Teu-
ton. Lib. V. §. LIII. p. 193. et Cl.
Hauptmannus ad illa Cornelii.

12.) Zosimi 1509. Lib. I. Cap.
LXVII. n. 7. non Ptolemai, cui
eos a Dithmaro ad. Tacit. German.
Cap. XXXXIII. n. 5. vitio ferri ac-
ceptum, nota 7. arguet. Ex incu-
ria operarum factum puto, vt in
Cellarii Notit. Oeb. Antiq. Lib. II.

- LYGIONIBVS, 14.) item 15.) LANGIONES 16.) pro iisdem 17.)
 LVGIONIBVS, 18.) Exarentur autem quo quo modo; habent
 tamen eos in Silesiae priscae incolis pene ad vnum omnes in leuio-
 ribus non nisi a se in vicem diuertentes, 19.) Diuertunt tamen
 longius eos a Silesia in Poloniā inter Wartam et Vistulam remo-
 uentes,
 Cap. V. Sect. II. §. LXV. Legiones
 Zofimo imputentur.
 13.) Ex saepius nominati Clue-
 rii opinione,
 14.) Abelii in Contin. Prus. et
 Brandenburg. Hist. Part. II. Cap. V.
 p. 389 existimantis, ογιώνες Zofimi
 esse non ipsi auctori sed librario aut
 typographio imputandos, quia Grae-
 corum et u facile intel te in vicein
 commutari possent.
 15.) Eodem auctore atque Hankio ex indicio Abelii p. 390
 16.) Iulii Honorati ad calecim
 Melae Gronouiani p. 696 et Aethi-
 ci Cosmograph. ibidem p. 717.
 17.) Ante 13. numerum positis.
 18.) Quibus ad modum fauet
 Cluuerius in fine Cap. XXXIII.
 19.) Melanthon de Vocab. Re-
 gion. et Gent. quae recentur in
 Taciti Germania, Tom. I. p. 199.
 Operis Historiam Germaniae Vet.
 illustrantis Schardiani, Cacionis
 Chronicon a Peucero continuatum
 Lib. IIII. p. 20. Willichius, Altha-
 merus, Vetterus et Dithmarus ad
 Tacit. German. Cap. XXXXIII. n. 5.
 Sarnicus de Sit. et Ambit. Vet.
 Sarmat. adiectus Dlugosso a Krausio
 Lipsiae edito v. Ligi p. 1881. Cru-
 sius in Chron. Sueu. Part. I. Lib. I.
 Cap. III. n. 28. p. 14. ab Perillustri
 Molero habitu patrio induitus, Gol-
 dastus de Regn. Bohem. Lib. I. Cap. V.
 §. II. et Cap. XIII. §. II. Rapoldus in
 Hist. de Illustr. Siles. Ducat. in de
 Sommersberg Siles. Rer. Script. Tom.
 I. p. 107. cui suffragatur hic ipse
 Disf. I. de Silesia §. I. in eodem Tomo
 p. 256. qui iam in Regn. Vannian.
 Cap. I. §. I. eiusdem fuerat senten-
 tiae, item Schikfulus in Chron.
 Siles. Lib. I. Cap. I. p. 6. et Cap. II.
 p. 10. Hankius de Siles. Nomin.
 Cap. VIII. et de Siles. Maior. Cap.
 X. Schurzlechius in Origin. Lig-
 nic. §. II. seq. Stieflus de Vrnis in
 Siles. Lignic. et Pilgramsdorf. p. 12.
 Thebesius in Annal. Lignic. Part. I.
 Cap. I. §. I. n. 2. p. 2. seq. Wahrendor-
 fius in Memorab. Lignic. Praefat.
 paullo post principium, Lucae in Me-
 morab. Siles. Part. I. Cap. I. n. 3. et.
 Cap. II. p. 29. Meilnerus in Silesia Lo-
 quente, Pregizerus in Continuat.
 Gent. et Regnor. Europ. ex Suevis
 §. XIII. in Thef. Rer. Suev. We-
 gelin. Vol. I. p. 263. seq. Schoett-
 genius de Hermundur. §. V. in Spi-
 cileg. Diplomat. Saxon. Super. Part.
 I. N. I. p. 7. Abetus in Antiq.
 Teuton. Cap. II. §. III. n. 25.
 p. 182. seq. et in Hist. Prus.

uentes; 20.) longissime autem omnium ad maris Baltici litus et Finnici sinus partem fistens. 21.) Iam cum *latissime pateret LY-GIORVM nomen in plures ciuitates diffusum*; 22.) eorum nationes quaeque se se peculiaribus nominibus distinxerit, 23.) οἱ Ὀυωνίαι, οἱ Δάουνοι, οἱ Βρύσαι. Singulis hisce Ptolemaei, quot quot adhuc reperire potui, libri praefigunt λΟΓΤΟΙΣ VITIĀ a quibusdam 24.) insimulatos et cum λΟΓΤΟΙΣ commutatos, ut ego arbitror, temere. Nam te non latuerit, maiores simpliciores parum distinxisse Det T. 25.) Ita vero *Ludis*, qui septentrionalibus populis 26.) homo vocatur, ab istis Ptolemaei genuinis parum distabunt. Et cui non in priscis monumentis obuiam facti *Lute*, quos recentior aetas *Leute* scribit? Nec ea vox heri aut nudius tertius denum nata, quin 27.) sit pure Celtica et ab antiquo Britannico atque apud Cambros adhuc hodie superstite *Lluyddha*, quo *militare* indicant, vnde miles iisdem *Lluyddwr* et *Lluyddiad*, 28.) eiusdemque originis 29.) *Leudi*, *Leudes*, *Leodes*, *Ledi*, *Lidi*, *Liddi*, *Liddones*, *Liti*, *Litones*, *Littones*,

Cc 3

Liuti,

et Brandenburg. Contin. Part. II. Cap. V. p. 387. seq. Cl. Steffensius in Hist. Prisci. Incol. Teuton. Cl. III. p. 202. V. III. Scheidius in Praef. ad Eccardi Commentarium de Origine Germanorum p. XXII.

20.) Cluuerius in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXIII. Cellarius in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. Sect. II. §. LXVI. Hertius in Notit. Vet. German. Pop. Part. II. Cap. II. §. XXIII. Iunkerus in Geograph. German. Med. Aeu. Part. II. Cap. I. §. IIII. p. 102. Spenerus in Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. V. §. XVI. p. 132. seq. a quibus disidet Abelius in Continuat. Hist. Prus. et Brandenburg. Part. II. Cap. V. p. 388. Hankium secutus.

21.) Eccardus de Origin. German. Lib. I. §. XXXXVIII. p. 97.

22.) Quod edicit Tacitus in German. Cap. XXXIII. n. 5.

23.) Ptolemaeo iam supra nota 7. nominato.

24.) Quorum mentionem ibi facit insequens nota 8.

25.) Quem autem lateat, vel ex Analectorum meorum Brandenburgorum Part. IIII. Cap. II. sub *Dobenek* §. I. p. 145. comperiat.

26.) Ex indicio Wachteri in Glossar. German. v. *Leut* Tom. I. p. 972.

27.) Ita edicente eodem Germaniae nostrae Aristarcho v. *Leute* p. 973.

28.) Teste Boxhornio in Lex. Ant. Britann.

29.) Ut Fresneus in Glossar. Med. et Infin. Latinit. v. *Leudes*, Loeschierus in Literat. Cels. Thef.

Liti, Luidi, Lydones. b. 30.) Iam tantum abest, ut Strabonis 31.)
 λογίοι in λογίοι reformandi, 32.) vt potius isti λογίοι ex Clau-
 dio vel vt postliminio restituendi, huiusque manibus macula abs-
 tergenda, quam iis leuisimus quisque inusit, vt labore
 operosiori et molestiori supersedeat. Neque tamen ab his Ligii
 indeque creata nomina re ipsa sunt aliena. Cum enim LYGIO-
 RVM nomen in plures ciuitates fuit diffusum; non potuit idem sub-
 sistere, nisi eae mutuis pacis et foederibus arctissime inter se fuerint
 colligatae. 33.) Quid? quod Ligii et Liti arctissimo necessita-
 tis nexus in vicem contingere visi sunt quibusdam. 34.) Hi forte

XXV. p. 49. et Wachterus in Glos- nabula petiit Spenerus in Notit.
 far. German. p. 972. seq. prae se German. Antiq. Lib. V. Cap. V.
 ferunt.

30.) Quae appellations iam ex-
 ercuerunt Cangium modo citatum
 v. *Litus, Lidus, Luiti et Luidi,*
 Eccardum ad Decret. Childebert.
 N. III. in Leg. Salic. p. 166. seq.
 Schannatum in Buchon. Vet. Cap.
 III. N. IIII. p. 330. seq. Gaertnerum
 ad Saxon. Leg. §. III. nota (c) p. 28.
 seqq. et ad Leg. Frisionum Tit. I.
 nota (c) p. 15. seq. item Tit. XI.
 nota (a) p. 61. Pfeffingerum ad
 Vitriar. Inst. I. P. Lib. I. Tit. XXII.
 §. 7. nota 6. p. 974. seq. Koelerum
 de Ortu et Progressu Subsidii Charitatiui Imperatori Augustissimo ab
 Ordine Equestri S. R. I. Libero ac
 Immediato in necessitatibus publicis
 praefliti, Perillustrem Estorium de
 Ministerialibus Cap. II. §. CXXXII.
 seqq. alios.

31.) Nota 5. iam euocati.

32.) Quod factum haud graua-
 tim ex eadem nota discas.

33.) Vnde istius nominis ineu-

nabula petiit Spenerus in Notit.
 German. Antiq. Lib. V. Cap. V.
 §. XVI. nota (p) p. 113. quia foe-
 dus Germanice etiam appellamus
Lige, quae superiori seculo in-
 notuit. Cl. Steffensius in Hist. Prisc.
 Incol. Teuton. Cl. III. nota k) p.
 201. id tum habet ratum, si vox
 haecce ex prisca Germania. Sane
 exemplis euictum est in Cangiano
 Glosario v. *Liga* et *Ligius*, in
 scriptoribus mediis aevi ea subinde
 deprehendi. Quam quam autem in
 Wachteriano et Haltausiano eorum-
 dem nec vola nec vestigium exstat;
 potuerunt tamen ex re ipsa capere
 appellandi rationem Romani, qui
 sibi haud ducebant religioni suorum
 numinum nomina Germanis obtru-
 dere, cuius eos accusavi vindicaturus
 Origines Ανθεωριδιοτας a vulgari
 crudelitatis criminе §. VIII.

34.) Quorum causam agit Glös-
 sarium Fresnei v. *Ligius*, vt Illu-
 strissimus Ludouicus Sigridus Co-
 mes Vicedomini ab Exstaedt de
 Feudis Ligii §. XI. iam monuit.

natales Laetorum 35.) Lectorumque, 36.) si istas septemtrionales 37.) oras tenuerunt.

§. VIII.

Gentis istius 1.) natio erant BVRI 2.) siue BVRII 3.) siue BVRII. 4.) Non obstat, 5.) Tacitum 6.) non nominasse eos in ciuitatibus Lygiorum. Sufficiebat enim valenissimas. 7.) Nominavit 8.) tamen in iis, quae illum tractum tenuerunt, qui hodie eluit Silesia, et adiacentes terras. 9.) Ceterum pro iisdem BORADES habentur non nemini. 10.)

§. X.

35.) Memoratorum Ammiano Marcellino Lib. XVI. Cap. XI. et Lib. XX. Cap. VIII. Eumenio in Panegyr. Constant. Cap. XXI. n. 1. et l. 12. Cod. Th. de veteranis, si audis Valefium ad Marcellinum citatum.

36.) Zosimo 150g. Lib. II. Cap. LIII. n. 1.

37.) Quibus quidem eos imponit Abelius in Antiq. Saxon. Cap. II. §. Vlll. p. 353. Conferas dicta ab Perillusfr. Pistorio in Amoenitat. Hist. Iurid. Part. VI. p. 1680 seq.

§. Vlll. 1.) De qua in §. superiore latet.

2.) Taciti in German. Cap. XXXXIII. n. 1. et Iulii Capitolini in M. Antonin. Philosoph. Cap. XXII. vbi Gruterus obseruat, in codice Palatino fuisse BVREI.

3.) Ptolemaei Γεωγραφ. Ῥῶητ. Lib. II. Cap. XI. vt cernere est eodem §.

4.) Quem ad modum Dionis Traiano dicuntur teste Salmasio ad Capitolinum citatum.

5.) Ut obstante visum Brechen-

machero nota 9. nominato nota b.) p. 84. qui male eos inter Lygios relatos esse pronunciat.

6.) Adlegato loco n. 5.

7.) Quas Cornelius promittit n. 6.

8.) Tabulae autem Peutingerianae DVR per DVROS subplendam, et istos BVROS intelligendos esse, vt censem Salmasius ad euocatum Capitolinum, ego non probbo, quia litterae D et B non tam facile inter se fuerunt commutatae, quin potius pro reliquis nominis HermundVRorum habeam, vt exserui Cap. I. Sect. I. Int. I. §. V.

9.) Quod opinatur Melanthon de Vocab. Region. et Gent. quae reconsentur in Germania in Collectio- nis Schardiana Tom. I. p. 198. quem fecuti sunt Althamerus, Willichius, Beutherus, Vetterus, Iablonskius, Dithmarus ad Tacitum nota 2. excita- tum, Cluuerius in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXII. extr. Sarnicius nota 19. prioris §. citatus p. 1882. Brechenma- cherus in Notit Sueu. Antiq. §. XVII. in Thef. Rer. Sueu. Wegeliniani Vol. I. p. 83. Micraelius in Antiq. Po-

Cum vero LYGIORVM nomen in plures ciuitates diffusum;
 1.) ex iis 2.) ELYSIOS ELISIOSue 3.) imponunt 4.) prae reliquis
 Silesiae inde quasi solis literis transpositis ortae. 5.) Eadem tamen
 literarum conuenientia. 6.) dueli sibi videntur in maris Balti-
 meran. Lib. I. §. 12. p. 9. Inkerus
 Geograph. German. Med. Aeu. Part.
 II. Cap. I. §. IIII. p. 85.

10.) In Hist. Vn. Terr. Orb. Lib.
 III. Cap. XIII. Sect. I. §. VI. p. 12.
 §. X. 1.) Ut Tacitus in German.
 Cap. XXXXIII. n. 5. scriptit.

2.) Ejusdem n. 6.

3.) Diuortium enim est libro-
 rum.

4.) Potior doctorum pars, quos
 indicabo, Althamerus, Beutherus,
 Vetterus, Dithmarus, Iablonskius,
 Hauptmannus ad ea Corneliana,
 Melanthon de Vocab. Region. et
 Gent. quae recensentur in Taciti
 Germania, Tom. I. p. 199. saepius
 nominatae collectionis Schardianae,
 et in Carionis Chronico Lib. III. p. 9.
 eodemque per Peucerum continuato
 Lib. IIII. p. 17. ex indicio Manlii in
 Comment. Rer. Lusat. Lib. I. Cap.
 XXVII. §. IIII. inter Hofmanni
 Script. Rer. German. Tom. I. p. 133.
 atque §. V. eiusdem, Cureus in
 Gent. Siles. Annal. p. 6. 7. et 17.
 Crusius in Chron. Sueu. Part. I. Lib.
 I. Cap. III. n. 18. p. 13. ab Perilu-
 stri Mosero restitutus, Henelius in
 Silesiograph. Cap. I. §. XVII. n. 34.
 ibique Fibigerus, Rapoldus in Hist.
 de Illustr. Siles. Ducat. in de Soni-

mersberg Siles. Rer. Script. Tom. I.
 p. 107. Cluenerius in German. Antiq.
 Lib. III. Cap. XXXIII. Goldstus de
 Regn. Bohem. Lib. I. Cap. XIIII.
 §. II. Bathinus in Epit. Hist. Bohem.
 Lib. I. Cap. X. in nota 70. Thebe-
 sius in Annal. Lignic. Part. I. Cap. I.
 §. I. et III. Brechenmacherus in Noti-
 tit. Sueu. Antiq. §. XVIII. in Wege-
 liniano Thes. Rer. Sueu. Vol. I. p.
 84 Spenerus in Notit. German.
 Antiq. Lib. V. Cap. V. §. XVII. no-
 ta (q) p. 115. Nouissima Geo-
 graph. Europ. Itiner. Tom. I. Lib.
 III. Cap. III. §. I. p. 557. Abelius
 cum in Antiq. Teuton. Cap. II.
 §. III. n. 25. p. 183. tum in Con-
 tin. Hist. Prus. et Brandenburg.
 Part. II. Cap. V. p. 390. Hankii
 auctoritate fretus.

5.) Ut obseruare Vetterus et
 Iablonskius, item Hubnerus junior
 in Geograph. pleniori Tom. III. Lib.
 I. Part. II. N. I.

6.) Quam tamen nihil probare,
 iure suo monet Illustrissimus Comes
 de Bunau in Hist. Teuton. Imperat.
 et Imper. Part. I. p. 38. quo sati-
 redarguit, cuius eum insinulare
 haud erubuit summa iniuria Abelius
 in Hist. Prus. et Brandenburg. Con-
 tinuat. Part. II. Cap. V. p. 388.

tici insulis, alius 7.) in *Oeselia Oesliaque* sinui Rigeni obposita, alii 8.) in *Alsenia Danorum* haud procul a litore Schlesuicensi. Immo quibusdam 9.) habentur pro ILINGIS, 10.) a quibus alius 11.) segregat, eodemque alii 12.) SELINGOS alias 13.) SILINGOS appellant.

§. XI.

Par ratio est eorumdem 1.) tantum in literis haerentium. 2.) Haec natio MANIMOS 3.) quaerunt in maris Baltici eiusdemque minoris insula litori Schlesuicensi obiecta Moen. Est et iam, 4.) qui Manimos facit accolas Niemi fluuii, qui vna cum vrbe Memela nomen adhuc MANIMORVM, 5.) mutilatum quamuis, post tot aetates seruet. Alii 6.) in eadem Silesia, qua iam 7.) memoratos, inueniuntur.

7.) Eccardus de Origin. German. Lib. I, § XXXVIII. p. 98.

8.) Mercator in Descript. Fioniae et Hondius in Atlant. fol. 84. ex indicio Vetteri et Dithmari ad Tacit. German. Cap. XXXIII. n. 6. vt et Iablonskii. Iulis duuumiris, si Abelio in Continuat. Hist. Prus. et Brandenburg. Part. II. Cap. V. p. 390. fides habenda, accensendus eset antea laudatus Illustrissimus Comes, quem tamen recensere tandem aliorum sententiam flatim intellegit, quis quis eum propius inspicit.

9.) Caronis Chronico Peuceria-no Lib. IIII. p. 17. Cureo in Gent. Siles. Annal. p. 7. et Manlio in Comment. Rer. Lusat. Lib. I. Cap. XXVII. §. IIII. inter Hofmanni Script. Rer. German. Tom. I. p. 135. Abelio in Continuat. Hist. Prus. et Brandenburg. Part. II. Cap. V. p. 390. Conferas Crusium in

Chron. Sueu. Part. I. Lib. I. Cap. III. n. 25. p. 14.

10.) Ptolemai Γεωγραφ. τόπον γύρω. Lib. II. Cap. XI.

11.) Lucae in Memorabil. Siles. Part. I. Cap. I. p. 3.

12.) Deprehensi ab Althamero et Vettero ad Tac. German. Cap. XXXIII. n. 6.

13.) Abelius modo appellatus.

§. XI. 1.) Nota 8. ad praecedentem §. nominatorum.

2.) Quorum censoriam notam capte ex nota 6. ad eundem §.

3.) Taciti nota 1. eiusdem §. citati.

4.) Eccardus de Origin. German. Lib. I. §. XXXVIII. p. 98.

5.) Vbi tamen typorum vitio Maminorum.

6.) Cureus in Gent. Siles. Annal. p. 6. seq. quem fecutus fuerit Lucae in Memorabil. Siles. Part. I. Cap. I. p. 3. et Cap. II. p. 20, 22, 28, Priori

D d

inuenisse eos arbitrantur. Est quoque, 8.) qui ΛΟΓΓΟΥΣ ΟΜΑΝΟΥΣ
9.) eosdem facit, quippe quorum prior nominis pars pro ΛΟΓΓΟΙΣ
10.) librarii secordia, posterior perperam praefixo Ο natae
habentur. Est, 11.) qui eorum vestigia in illa planicie camporum
Poloniae maioris deprehendisse putat.

§. XII.

Aequo hoc referendi forte HELVECONES, 1.) inter quos
quoque Silesios veteres latere, est, 2.) qui non dubitat, ni potius
3.) HELLEVIONES siue, ut alia habent exemplaria, 4.) HILLEVIO-
NES substituas, 5.) atque Ptolemaei 6.) ΑΙΛΟΥΑΩΝΕΣ 7.) aut ΛΕ-
ΤΩΝΟΙ capite truncati, 8.) Ita vero 9.) isti incoluiscent Scandi-
nauiae

loco dederunt operae ter perperam
Maniner. Addas tertium Abelium
in Antiq. Teuton. Cap. II. §. III.
p. 183.

7.) §. VII. VIII. VIII. X.

8.) Cluuerius in German. Antiq.
Lib. III. Cap. XXXIII.

9.) Ptolemaei Γεωγραφ. ΤΦΗ-
ΨΗΣ. Lib. II. Cap. XI.

10.) Ex §. VIII. nota 7.

11.) Cureus in Gent. Silef. An-
nal. p. 6. quo cum compara Peuce-
ri Chron. Carionis Lib. IIII. p. 21.
et Crufii Annal. Sueu. Part. I. Lib. I.
Cap. III. n. 32. p. 14. vt et Pregi-
zerum in Continuat. Gent. et Regn.
Europ. ex Sueuis Thes. XVII. in III.
Wegelini Thes. Rer. Sueu. Vol. I.
p. 269. seq.

§. XII. 1.) Saepius citati Taciti
Cap. XXXIII. n. 6.

2.) Cureus in Gent. Silef. Annal.
p. 6. unde hauserit sua Lucae in
Memorabil. Silef. Part. I. Cap. II.
p. 20, et, 50. His adnumerandus

Abelius in Antiq. Teuton. Cap. II.
§. III. p. 183.

3.) Plinii Hist. Natural. Lib. IIII.
Cap. XIII.

4.) Vt iam obseruauit Cluuerius
in German. Antiq. Lib. III. Cap.
XXXI.

5.) Suggesfit hoc Vetterus ad
Tacit. citatum ex Kirchmaiero ad
euidentem.

6.) Γεωγραφ. ΤΦΗΨΗΣ. Lib. II.
Cap. XI.

7.) Ita censemibus isto Cluuerio
Lib. III. Cap. XXXIII. et Cellario No-
tit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. Sect.
V. §. LXXXII. non plane improbante
Iunkero in Geograph. German.
Med. Aeu. Part. II. Cap. IIII. p. 102.
quibus facem praetulit Peucerus in
Carionis Chron. Lib. IIII. p. 18.

8.) Vt opinatur idem Cluuerius
Cap. XXXI.

9.) Ex eiusdem Plinii senten-
tia,

nauiae 10.) *Hallandiam*, ii.) Nec tamen incongrue Colerum HELVECONAS ad *Elbingam* e lacu Drauso in sinum recentem se se exonerantem, vbi iam *Elbinga* ciuitas floret, posuisse non nemo 12.) censet.

Nec iam quidem sufficeris coepto itineri finem imponere, quin iterum auocere domum votis personantem pro PATRE patriae OPTIMO, in quem a. d. XVI. Calendas Iunias viginti quinque abhinc annis lenta tabe intercepto d. GEORGIO FRIDERICO CAROLO immortaliter de suis merito nostri tutela felicissima successione fuit translata. Eccē

IOANNEM GEORGIVM RITTERVM Wunsideliensem, qui carmine vernaculo SERENISSIMVM FRIDERICVM commendabit *Musis ut in eas propensisimum.*

CHRISTOPHORVM MICHAELEM POVENTIVM Selbensem, qui orator Latinus praedicabit *commoda regiminis quo diuturnioris eo salubrioris.*

MICHAELEM RVDOLPHVM CHRISTIANVM BVRKHARTVM Hallersteinensem, cuius oda Venufina solabitur dolentes iacturam olim praematuram PATRIS vita longiore digni abunde FILIO CELSISSIMO resarcitam.

IOANNEM MELCHIOREM GROESSELIVM Arzbergensem, qui oratione Graeca arcetis ex prisco aeuo principibus longaeuis euincet longaeuitatem principis boni cedere in ciuium felicitatem.

GOTLO-

10.) Quod iam monuerunt Clu- adfert, item quae Iunkeri Geo- nerius et Kirchmaierus paullo ante graph. German. Med Aeu. Part. II. nominati, Transscribenda autem es- Cap. I. §. IIII. p. 101.
set nota integra 8. ad §. X. nisi cran-
bem bis coctam tuus, lector, sto-
machus auersaretur.

11.) Repetas, quae superior nota seq.

12.) Eccardus de Origin. Ger- man. Lib. I. §. XXXXVIII. p. 97.

GOTLOBIVM WILHELMVM EHRENREICHIVM WANDERERV M
Caierlindacensem, qui antestabatur togatus pios principum
manes, quorum diuturnum atque dimidiū seculi imperium flos
Franconiae Brandenburgicae fecit conspicuum, idemque preca-
bitur FRIDERICO in se suosque beneficentissimo.

MATTHIAM FRISCHIVM Schauensteinensem Curiano valere
dicturum Graeco ore *de cantu verum Deum colendi genere per-*
antiquo, quod iam in nominalibus FRIDERICI sibi CLE-
MENTISSIMI praestandum.

GEORGIVM CAROLVM LIBELIVM Neukirchafaxonem Ioan-
nis Georgii viri probi atque negotiatoris haud infelicitis
filium natu maximum eundemque probum Teutonico car-
mine grates persoluturum, quod tam propitio NVTRITO-
RE per binos annos scholae vacare potuit, in qua ante hos
sex menses et annum, *quid res politica debeat Lutheru*, prosa
Germanica exposuit. Excitatitur hinc liberaliter in filii locum,
quo caret, ab auunculo suo Ioanne Adamo Raunero Hambur-
gum tot exterorum hospitium liberalissimum, quale ipsi quon-
dam sumus experti.

Hinc est, quod nos ipsi cathedralm adscendamus, et in his solen-
nibus nataliciis bono omine soluamus athenaei nostri legi-
bus istam bigam.



Yb 4473

KD 18

ULB Halle
006 302 904

3



2c



Farbkarte #13

B.I.G.



**CVRIAM
REGNITIANAM**
 NON. NVLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
 COGNOMINANDAM
 DISSERIT. XVIII
 QVO
 SERENISSIMO. PRINCIPI. AC. DOMINO
DOMINO
F R I D E R I C O
 MARGGRAFIO. BRANDENBURGI. DVCI. PRVSSIAE
 RELIQUA
N A T A L I C I A
 ET. FERE. PRINCIPIA
 ANTE. VIGINTI. QVINQUE. ANNOS
 SVSCEPTI. FELICITER. REGIMINIS
 DEBITA. PIETATE. GRATVLANTES. AVDIANT
 D. XII. MAII. A. R. S. CCCLX
 IN. CVRIANO. H. L. Q. C
CVRIAEC. PROCERES. CIVES. Q
 RITE. IT. ROGATVM
 GYMNASII. RECTOR
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS. A. M
 CAESAREAE. FRANCISCEAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIA
 FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC
 HONORARIVS

CVRIAEC. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHIELII
 GYM. TYP

u-6